

Folium CLXX

mus. et propterea semper ad dominum clamandum est. in quo est quod sequitur offertorium. Die de salutem meam et postcomunionem. Die deus in te speravi. et privilegium est sabbatum: quod in eo ordines celebrantur.

De secunda dominica quadragesime.

Hec secunda dominica ititulatur dominica vacat: pro eo quod caret proprio officio. non autem caret officio. nam cum in precedenti hebdomada occurrerit quattuor tempora quae sine ordinibus celebrantur. habebat antiquae ecclesie institutio: ut post finem diei sabbati inciperet officium ordinum: et in die dominica terminaretur: ita officium quod in fine diei sabbati incipiebatur usque in die dominica predebat: et sic tunc ipsa dominica proprio caret officio. Quod quod difficile erat a sexta feria usque in die dominica nil coedere factum est: ut in sabbato ordinibus celebraretur: et in die dominica vacat officio officium quarte ferie precedentis repetatur. Sed etiam dicitur quod ecclesia suspenderit organa sua in hac dominica quae quinta a septuagesima ad similitudinem populi qui carnis in caritate nec altare: nec templum habuit. imo organa sua suspenderit. quare proprium non habet officium. Die autem dominica ista vacat ab officio proprio: ita et omnes quante ferie quadragesime quanta proprio carebant officio: prout sub quinta feria dicitur. Et attende quod in dominica vacat solum cantu diurno: nec vacat omnino officio: nec euangelio: et ideo solum in gradualibus dicitur intitulatur dominica vacat: et non in antiphonario nec in euangelio. Et in quibusdam ecclesiis dicitur euangelium. Gregorius quod dicitur est in prima quinta feria. In alijs assumptus Iesus petrus. Quod in precedenti dominica dicitur est quod in ipsa dominica arma vit dominice militie suum quattuor cardinalibus virtutibus et gladio verbi dei. Sed quod ut permissus est in sexta feria pugna non libenter suscipitur: nisi primis ostendat: ideo agit in hac sexta dominica de benedictione quae est quadruplex scilicet benedictio liberationis gratie augmenti gratie contemplationis et glorie. Quia pro benedictione

illam impetrat per ordinem. ideo dominica ista consistit in ordine. Cum dicitur in introitu Reminiscere miserationem tuam. et petes cantu lugubri liberatione a vicis et peccatis et spiritibus immundis. Nec est prima oratio et significat primam dei benedictionem scilicet liberationis. In epistola vero quae est Rogatus vos etc. i. thes. iij. petit sibi dari secundas benedictiones. scilicet gratias ad bene ambulandum et bene agendum dicens. Nec est enim voluntas dei ut digne ambulemus: prout sciatis unumquodque vas suum possidere in sanctificatione: sed ut sit celestis corpus et celestia appetat: et in honore: sed ut sit deo dignum templum: quod sedes dei et templum spiritus sancti sunt nostra corpora: prout ait apostolus. Omnis qui pie et caste vivit templum dei est et spiritus sancti sedes. Et in hac sola dominica ideo est gradualis et tractus: quod ipsa tota consistit in ordine liberationis. Oratio exprimit latorem et planetam: quae duo significant in gradualibus et tractu. Est autem gradualis Tribulationes etc. Tractus est de necessitatibus etc. Alij autem dicitur tractum. Dicit dominus mulieri: qui est math. xv. Tertia benedictio est benedictio augmenti gratie. Quarta contemplationis. Quinta benedictio glorie. Quia vero benedictiones huiusmodi non habentur vel conservant sine magis luctu: ideo in nocturno officio de luctu iacob cum angelo: et in vtero agit: prout est exemplo iacob supplantemus fratres nostros malos: scilicet si quid nobis inferunt iniurie dissimulantes. Et fit pugna ista in vtero rebecca: id est ecclesie. Rebecca enim gratia interpretatur. In primo responsorio in nocturnis agit de augmento gratie. Dicit enim ysaac ad filium: tolle arma tua: pharetram et arcum etc. Arma predicatores sunt sacre scripture que dicitur pharetra: quod de eis sumuntur sagitte ad percutiendum dyabolum. Jacob igitur id est verus predicator: venat et interficit boves bona venatione et interfectione: sed per arcum sacre scripture: et in se occidit bestias: id est vicia et peccata: sed per arcum luxurie etc. et tunc cenat cum eo ysaac: id est: risus: scilicet dominus

1.
2.

3.
2.
5.

lucra

arma.

Jacob. v. p. dicitur.